



Walkowic Abb: Quaestio philosophica  
de anima humana.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0003017

# QVÆSTIO

PHILOSOPHICA

D E

## ANIMA HUMANA.

In Alma Academia Cracouensi  
ad disputandum

A

M. ALBERTO WAIKOWIC

Contuber: Hierosolymitani Seniore,  
publicè propōsita.

PERMISSV MAGNIFICI D. RECTORIS.

Anno Christi 1649. Mense die hora.



CRACOVIAE,  
In Officina Valeriani Piątkowski.

gg

Typogr.  
Primo Loto

In Stemna peruetustæ Domus  
ROMISZOVIANÆ.



Stemma R̄ OMISZOV uternas fert stirpe SARISSAS  
Magnificis splendet, sanguine, mente, domo.  
Vera fides, pietas, candor, nam cuspide terna  
Munifico reserant pectore laudis iter.

Stephanus Iwanski Stud: Dial.

53402



Peillustr: & Admodum R̄do Domino,  
D. IOANNI ROMISZOWSKI  
Scholaſtico Crac. Præpoſito La-  
scē. Gnesn: Lancicen: &c. &c. Cañco.

Patrono ac Benefactori colendissimo.



S I hoc in more positum ijs omnibus, quicunque literariam aliquam lucubrationem, vel nodosam et difficultem ex arcanis Philosophie descriptam Questionem, in lucem proferunt publicam, Per illustr: et Admod: R̄de Dñe, vt suo labori, illuſtrem aliquem genere, doctrinā, ac virtutis splendore, eligant et proponant patronum, cui lucubrationis vel disputationis propositę dedicent et consecrent opellam. Non aliam credo ob causam, quam vt ſpeculationes iſte Philosophice, ſpinose, ſubacię ac multis difficultatum meandris plenę, ob idquę non omnium palato gratę, magnorum tandem ac illustrium Nomine Virorum exornatę, gratioreſ in oculis omnium appareant, atquę hos qui Philosophica contemnunt ſtudia, ad ſui perutilem invitent lectionem. Nimirum, vt omnium arborum et flor

rum folia, quæ oculos hominum recreant et oblectant, à  
foliis calore iuę amēnitatis et iucunditatis habent ini-  
tium: ita Philosophico deditorum hominum studio opi-  
ſtographa folia, à Virorum fliuistrum Nominis splena-  
dore, suam magnā ex parte trahunt gratitudinem et vi-  
gorem. Proinde Questio hec Philosophica de anima  
humana, per me ad disputandum in Alma Academia  
Cracoviensi, Superiorum consensu, publicè proposita,  
ā Te Perilluſtris et Admod: Rnde Domine, veluti ad  
ſolem ſua conuertit folia, radys Tuę amplitudinis atque  
prudentię illuſtrari expetens et exoptans. Cui cens-  
eo Nomen Tuum Illuſtre, Tuamquę quam omnes in  
Te ſuſpiciunt prudentiam ſingularem, tantum adferre  
poſſe ornamenti et adiumenti, quātum amēnitatis, mun-  
di oculus Sol, arborum folijs et floribus impertire con-  
ſueuit. Quemadmodum enim ille, triftitiam celi diſcu-  
tit, terre tenebras diſſipat, omnem tonitruum, corru-  
ſationū et fulminum conſumit materiam, lumen propri-  
um ceteris astris communicat, humani demum nubila  
animi ſerenat: ita hec mea qualis qualis opella, omnes  
ā ſe ambiguitatum turbines, omnes obscurioris ſenſus  
nebulas ac tempeſtates remoueri poſſe arbitratur, vbi  
radios Nominis Tui atque prudentię affulgentes ſibi  
ſenſerit. Hanc ergo Tua in me perpendens beneficia,  
quibus me iam inde ab aliquot annis ornare et cumula-

re

re dignaris, Tuę Perillustr: et Adm̄ Rñdē: Domina-  
tioni dedico et offero. Semper enim ea mentem meam  
inuadebat cogitatio, magne mihi curę id esse debere, vt  
me in Tuam Perillustr: et Adm̄: Rñdam Paternita-  
tem, singuli possint iudicare gratissimum. Rem equi-  
dem exiguum quam Tibi consecro censebit quispiam; ve-  
rū ea vna mecum Tui patrocinij luce splendidissima  
collustrata et animata, iustum se posse habere pretium  
non desperat. Accipe igitur grata mente, meę in Tuam  
Perillustr: et Adm̄: Rñdam Paternitatem gratitu-  
dinis tesseram, et debite pignus obseruantie benigno  
vultu intuere: hancquę exiguum opellam (quam iure  
meritissimo in Tuum, vii Patroni et Benefactoris mei,  
sinum depono souendam) Tui Nominis orna splendore,  
me vero Tuo patrocinio, sauore, ac benevolentia (vt fas-  
cis) velis complecti, oro et obsecro.

Perillustr: & Adm̄: Rñdæ Paternit: Tuæ

Voto & obsequio promptissimus

Seruus

M. Albertus Walkowicz.

b



Q V A E S T I O  
P H I L O S O P H I C A

D E

Anima humana.

V. In homine vnica sit forma  
substancialis, quæ est anima intelle-  
ctiua, indiuisibilis & inextensa :  
sitq; idem cum vegetatiua & sen-  
sitiua, atq; dans esse corporeum  
homini prout est idem cum sen-  
sitiua.

Con.

## CONCLVSION I.

In homine vnica tantum est  
forma substantialis, quæ dicitur  
anima intellectua.

### C O R O L L A R I A.

1. In quolibet animali vnica est forma substantialis.

2. Formæ accidentales in qualibet re possunt esse infinitæ.

3. Repugnat dari formam corporeitatis & secundum Aristotelem & secundum rationem.

4. Materia ut est pars cōpositi, nō est receptiva nisi unius forma substantialis verè ac per se existētis.

5. Are quæ est una unitate numerica multiplicitas formarum omnino tollenda est.

## CONCLVSION II.

Anima intellectua in homine  
est indiuisibilis & inextensa.

## COROLLARIA.

1. *Anima intellectiva est tota in toto, & tota in qualibet parte.*
2. *Perfectorum animalium animæ sunt indivisibles & inextensa.*
3. *Anima intellectiva est immutabilis & immortalis.*
4. *Quævis forma habet indivisionem essentia.*
5. *Anima intellectiva non est educta de potentia materia.*

## CONCLUSIO III.

*Anima intellectiva in homine, idem est cum vegetativa & sensitiva.*

## COROLLARIA.

1. *Anima Intellectiva, Sensitiva, Vegetativa, quatenus concurredunt in eodem subiecto, unum sunt.*

2. A-

2. *Anima Vegetativa & Sensitiva prout sunt in homine, non educuntur de potentia materiae.*

3. *Anima Vegetativa & Sensitiva in homine sunt in corruptibiles.*

4. *Non est inconueniens animam Sensitivam, in homine, non esse eiusdem rationis cum anima sensitiva existente in Leone.*

5. *Anima intellectiva, sensitiva & vegetativa, prout sunt in homine, non differunt genere, nec specie.*

## C O N C L V S I O IV.

Anima intellectiva dat esse corporeum homini, prout est idem cum Sensitiua.

## C O R O L L A R I A.

1. *Remota anima intellectiva à corpore, non remanet homo nisi æquinocte.*


*Ani-*

2. *Anima ut forma est actus corporis Physici Organici.*

3. *Anima est causa corporis animati, formalis effectiva & finalis,*

4. *Anima intellectua est corporea virtualiter.*

5. *Anima intellectua unitur corpori ut forma.*





Regia Sceptra tenes insigne, à Regibus olim  
 Hæc Tibi pro meritis sunt dita dona Tuis,  
Scilicet hos qui regna gerant, obeant & munia Regū  
 Formas, regnica<sup>la</sup>s at quod; subesse doces.  
Instar ad ista Crucis cui Sceptra vnta videmus?  
 Dogmata nimirum quod tueare D.E.I.  
Hostibus ergo Crucis tua dum sunt Sceptra timori,  
Hos ut prosternas sæcula fausta vige.

Paulus Tornowski Stud. Poet.

*Tornowski abud m*



Bg. 8.81

